Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38332
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



adiutorium preuenire; Quia uulneratus est propter peccata nostra. & resurrexit
propter iustificationem nostram. ipse nobis nunc auxilium in tempore tribulationis.
misericordione solita largiatur. Ut omnes eius exultantes eum magnificare
atque extollere ualeamus; Septuagissimus psalmus uocatur continens
prophetiae de illa & aduentoris humilitate corporis & conquisitio
nis. ac de eius resurrectione gloriosa canticum. LXX.

In te domine speraui non confundar in aeternum. Ora ter pro me mediator nostri ut haec
confusio mea fiat nonsit ut te oremus omnes homines saluetur nam, & in tua iustitia
liberame & eripe me. Inclina ad me aurem tuam & saluame. Iustitiae enim
tua est ut quis fecerit uoluntatem tuam. transeat a morte in uita. per quam & ego
nunc eripit de peccatis uel alibi. inclina ad me aurem tuam & saluame. Aures dei
dicuntur. quando exaudire dignatur. quia formam seruii accipiens. factus obo
diens patri usque ad mortem mortem autem crucis. propter quod & deus exaltauit illum. & dona
uit illi nomen quod est super omne nomen; Esto mihi in domum protectorem & in locum mu
nitum ut saluum me facias. Quia absque te neque refugium neque munitio. neque
praesidio a quo quam praestari potest. Numquid deus localis est. Ubique & localis sit ad sae
uientibus. sed non est localis qui ubique est. Quia firmamentum meum & refugi
um meum es tu. firmamentum. cum aequalis in eo consistat substantia;
Refugium uxta in bellitate corporea; Deus meus eripe me de manu peccatoris.
& de manu contra legem agentis. de potestate populi iudaici. qui me uentu
rum in lege non intellexit & iniqui semper maligntes. Non omnes
peccatores & iniqui; peccatores sunt transgressores. id est iudei & mali
christiani qui uetere & nouum testamentum transgrediuntur; iniqui. qui non cre
dunt ut paulus ait. qui sine lege peccauerunt. sine lege peribunt; Quoniam tu es pati
entia mea domine. quia tua patior uoluntate. spes mea a iuuentute mea. ab
initio & atis corporeae; ideo spes non confunditur quia caritas dei diffusa est
in cordibus nostris per spiritum sanctum datus est nobis; In te confirmatus sum ex utero.
Legis uatis: ex quo initiam credere; De uentre matris meae. sinagogae.
de qua processi. tu es protector meus domine, In te cantatio mea semper. ate
tegar in passione. & tua uim gentibus nomen conciniam. Tuque prodigium
factus sum multis. dicebant enim illi. samaritanus es & demonium habes;
Et tu domine adiutor fortis. dixisti mihi hic est filius meus dilectus in quo bene con
placui ipsum audite; Repleatur os meum laudem tua ut cantem gloria
tuam. tota die magnitudinem tuam; Una dies est sicut tuus in hoc mundo
quamnullu obscurat nox in quo & quibus laudem gloriam magnificentiaque: